

**EXCELLENTISSIMI  
DOMINI MUTII  
MARCHIONII ... IN  
PRÆSENTI CAUSA  
ADUOCATI...**

---

Muzio Marchioni



EXCELLENTISSIMI  
DOMINI MUTII  
MARCHIONII I.V.D.

Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri  
de Vrbe Syndici, & Procuratoris.

Et in præfenti Cauſa Aduocati.

R E S P O N S V M.



B O N O N I A E,

---

Apud Hæredes Ioannis Rofij. M. DC. XXI.

*Superiorum Permiſſu.*

EXCELLENTISSIMI

DOMINI MARTINI  
MARCHIONIS

Reverenda Fabrice Sancti Petri  
de Urbe Syndici & Procuratoris.

Et in presentibus Advocati.

RESPONSVM.



BONONIAE.

Apud Heredes Iohannis Rosij. M. DC. XXI.

Superiorum Typographi.

## S Y M M A R I V M.

- 1 **F** Alti species.  
 2 **F** Conditione deficiente vocatio eua nescit.  
 3 **F** Testasi causa perimisi causam intestasi.  
 4 **F** Alternativa, ut posse separatiua dicerforum sufficit alteram partem esse verã.  
 5 **F** Nascitur obligatio ex die conventionis suspensa actione ad diem.  
 6 **F** Potentia quid sis.  
 7 **F** Hæredis dictio est de illo, qui adinis, aliquando, & multosies de illo qui hæres esse possit.  
 8 **F** Potentia actui proxima est idem quod actus quoad iuris effectum.  
 9 **F** Verbum possit amplectitur utrunq; tẽpũ.  
 10 **F** Verbum instituit est directum, & nullum aliud magis.  
 11 **F** Verba Testatoris cum misterio non ut superflua iudicanda sunt.  
 12 **F** Semel hæres non desinit esse hæres.  
 13 **F** Onerari non possunt, qui non fuerunt antea honorati.  
 14 **F** Fructus adita hæreditate sunt hæredis.  
 15 **F** Acquisitor fructuum efficitur Dominus prohibitione non obstantẽ.  
 16 **F** Bona non obstante prohibitione Testatoris possunt alienari à Creditoribus hæredis alienatione iudiciali, qua est necessaria.  
 17 **F** Locatio bonorum, non potest à testatore impediri.  
 18 **F** Bona prohibita pro alimentis alienari possunt.  
 19 **F** Prohibitioni favore solius hæredis impune non paretur.  
 20 **F** Sufficit euentus finis à testatore considerati.  
 21 **F** Per expressionem vnus casus, alter dicitur exprimi ubi viget voluntas testatoris.  
 22 **F** Casus impotentia includit casum repudiationis.  
 23 **F** Casus non est omisus, qui ex variationis colligitur.

- 24 **F** Testator si cogitasset, is à verisimiliter haussisset concludit.  
 25 **F** Casus præcedentis instituti includit casum non aditionis.  
 26 **F** Repudiationis aut incapacitatis casus continetur sub conditione si tunc nõ viuat.  
 27 **F** Defectus testatoris suppletur ex voluntate coniecturata.  
 28 **F** Lex non imputat testatori, quod nõ dixit, sed monsem examinas.  
 29 **F** Imperfecta dispositio operatur favore Ecclesie.  
 30 **F** Dolosa repudiatio filij ad prauitatem subsistens habetur pro aditione.  
 31 **F** Suspicio fraudis oritur ex coniunctione sanguinis.  
 32 **F** Suspicio fraudis in repudiatione, qua.  
 33 **F** Repudiatio hæredis scripti, ut hoc consilio hæreditas vnã adueniens ab insecta nõ retractatur ex edicto vtili si quis omissa causa testamenti.

## AVSPICE CHRISTO IESV.

1 **E**STATRIX † instituit filium suũ, qui erat magno ære alieno grauatus, qua ex causa, adiecit prohibitionem per hæc verba.

Cum hac tamẽ conditione; quod quicũq; Creditores &c. non possint se renalere in bonis, & hereditate d. Testatricis, nec in illius fructibus, & redditibus, etiã pro quantum minima parte, minus q; impedire d. Alemam eius hæredem; ut illis vti possit, & frui, & de illis libere velle suum disponere, & in euentum, in quem de iure vel ex decreto, & ordinatione Principis, & cuiusvis superioris liceret ad. Creditoribus habere accessũ, & regressum ad bona hæreditaria testatricis ex nunc prout ex tunc, & è contra solum iure institutionis, ac alias omni &c. d. Testatrix reliquit d. Alemam seu a decem pro omni eo & sorto, quod in eius bonis &c. Et tali casu in omnibus &c. instituit.



*ius, & subditis d. Almano RR. PP. Clericos Regulares &c. cum granamine soluen di filio alimentia.*

Filius institutione contempta, hæreditatem repudiavit, illamq; soror filia testatrix ab intestato apprehendit, & nunc possidet.

Queritur, an stantibus prædictis locus sit successioni ab intestato, ita ut Barbara filia ex causa intestati possit admitti, siue hæreditas, mortuo post filio in carceribus dicto ære detento, debeat Ecclesiæ institutæ, & substitutæ respectuè.

Difficultatem faciebat conditio molestiarum à Creditoribus, de qua supra tractatum quæ non evenit, sed evanuit.

Sed pro Clericis respondendum est.

3 Quia tractatum testamentum addit, cessat causa intestati l. antequam C. comm. de success. l. quamdiu 2. ff. de acquir. hæred. Alex. conf. 121. num. 5. ver. sed præmissis lib. 1. Imol. 114. num. 1.

Non obstat d. defectus conditionis.

Quoniam verè, si benè perpendantur verba testamenti, conditio non defecit.

Siquidem prædictæ institutioni filij fuerunt non vna, sed duæ conditiones ap-

4 positæ sub alternatiua, vel, quæ tractatum dicitur separatiua diuerforum, quarum vnâ partem sufficit esse veram Gabr. conf. 118. num. 3. & seqq. lib. 2. & sub eisdem conditionibus facta est vocatio Ecclesiæ.

Altera, quæ commodissimè verificatur ante aditam hæreditatem, est posita sub facultate iuris in quantum ius annueret Creditoribus ad aliquid consequendû à filio, ut hærede, ibi *& in euentum in què de iure &c.* sub qua continetur, vel institutio Ecclesiæ, vel saltem vulgaris substitutio.

Et hæc quidem potentia, idest iuris licentia, tamquàm quid separatum ab actu, stat in pèdenti quoad eius exercitium, & cõsequentionem effectus, donec verè filius sit hæres, hoc est, postquam adiuit, ad li-

5 militudinem tractatum obligationis, quæ in potentia nata quidem est, sed nondum adueniente die in exercitio potest poni licere diem ff. de verb. oblig.

6 Cum hæc potentia sit quoddam principium motus ad aliquid Arist. 5. Metaphysic. 12. tex. 17. & ut dicit Auer. primo colligit. disput. prima pag. 10. est tamquàm id, quod non est, idest non deducta ad exercitium, quæ adiuncto aliquo, potest ad actum reduci, & sic data hæreditate in debitore, potest fortiri operatione; sicut dispositio ad habitum Aristot. prædic. tract. 2. c. 4.

7 Quemadmodum, tractatum hæresis nomen, quod licet de illo intelligi soleat, qui hærediter adiuit, nam tunc cum effectu verus est hæres, nihilominus & accipitur habita destinatione, & aptitudine licet in effectu non sit hæres, qui ramen esse possit Bald. conf. 170. sub num. 10. ver. sed bis non ob Flans lib. 5. Ruin. conf. 158. num. 13. lib. 3. l. celsus §. fin. ff. de leg. 2. ibi quod alicuius hæredis fieri nominatum quis commisit, potest videri, ita demum dari voluisse, si ille existeret hæres, quod explicat Alberic. ibi idest existere potuisses solam potentiam considerando.

8 Veruntamen tractatum quo ad iuris efficaciam idem est potentia, licet actus ad text. in l. si pater 26. ff. de solutio, cum institutus possit adire l. 1. ff. de iniust. & irrito &c. ibi *ex quo hæres existere poterit.*

Et quo inspecto, plurima loco actus pro sola potentia sumuntur l. labeo ff. de stat. lib. 1. si pater mulieris in fine ubi not. ff. de iur. dot. & d. l. celsus.

Et tanto magis hoc verum est in casu nostro, cum concurrat Testatrix voluntas in discernendo, & separando potentiam ab actu, dum dixit *si liceret de iure, vel ex decreto &c.* ex natura separatiua alternatiuæ, de qua supra, ponendo decretum pro actu, vel potentia magis proxima, de qua iudicatur, sicut de actu ipso l. pen. ubi Bald. ff. de milit. testam. & qui

adus nunquam intelligitur ante aditā hē reditatem cum sit effectus licentiæ iuris.

9 Adiūgitur † prædictis natura verbi, *liceret*, hoc est *possent*, quæ est vt omne tempus compræhendat, siuē nō aditæ, vel aditæ hēreditatis, itā vt non repugnet verbi proprietatis *l. si is à quis 53. ff. de leg. 2.*

Huic parti, & primæ conditioni bene respondet vocatio Ecclesiæ facta per verbū **10** *merè dictum, in fuis* † ex quo resultat facultas apprehēdēdi propria auctoritate in viam primi capitis institutionis, aut saltem vulgaris adedō, vt non debuerint expectare aditionem filij, & à manu sua capere, sed cognoscere an molestia filio de iure posset inferri à creditoribus eius *ad Bald. conf. 382. sub nu. 4. vers. sed considerandum est lib. 3.*

Immo verò repetendo modum, quo semper testatores vti solent in institutione hēredū prima, hoc est *in omnibus suis bonis mobilibus immobilibus &c.* apertissimè significauit, sentire se, non de substitutione, sed de prima institutione, cum **11** verba † illa tanti apparatus repetitiua non essent necessaria, quæ non sine misterio sumenda sunt, ne de superfluitate redarguatur Testatrix *l. si quādo ibi q. post Bar. omnes ff. de leg. 1. l. generale §. 1. ff. de usufr. leg. cum alijs per sim. de inter. præ. interpretat. 3. dubis. 2. fol. 5. num. 1. & seqq.*

Comprobatur etiā alia ratione, quia prædicto casu, & cōditione in prima parte, institutio filij vniuersalis reducitur tantum ad quotam, hoc est, ad scuta decem per omni &c. id quod esse non poterat, postquam esset effectus hæres, quia post aditam hēreditatem non potest limitari **12** institutio † cum semel hæres non desinat esse hæres, sed tantū grauari ad restituendum *l. ei qui soluendo ff. de hered. instis.*

Altera pars conditionis sub alternatiua est, casu quo de facto ex decreto superioris possent Creditores aliquid conse-

qui ex dicta hēreditate, quod esse non poterat, nisi postquā à filio hēreditas esset adita, quia tunc contra filium bonorum possessorem decernit Iudex, non ante.

Et huic secundæ conditioni bene respondet alia pars vocacionis Ecclesiæ in viam substitutionis, dum dicit Testatrix *substituis dicto Alamano &c.* quod de institutione dici non poterat, quia non versamur in patre testante pro filio pupillo in viam pupillaris, sed in matre testatrice carente patria potestate, & in filio maiore, quare non potuit dicere *in fuis tuo filio meo, sed tantum substituis.*

Cum igitur vtroque verbo *institucionis, & substitutionis*, amplexa sit Testatrix, habeantq; dicta verba in se diuersos effectus, iam sequitur in vtroq; casu voluntatem suam sortiri effectum voluisse, quod esse non poterat, nisi considerato verbo, *in fuis*, respectu sui per modum principalis institutionis, vel vulgaris substitutionis ante aditā à filio hēreditatem, & considerato verbo *substituis*, per quod filio succedebatur per modum fideicommissi Quæ omnia iccirco clariora sunt, quoniam verè Creditores hēredis non obstante prohibitione Testatricis, (de quo & ipsa dubitauit, dum dictā institutionem sub hac posuit cōditione) potuerunt contra filium hēredem de iure prætere in fructibus satisfacionem.

Primo quia dicta prohibitio rēquā cōtra Creditores à Testatrice in nulla parte honoratos, † illos non legauit, aut in aliquo impedit ius prætensionis latè *Mā sic. de consuet. vlt. volunt. lib. 7. vis. 1. nu. 31. Surd. conf. 434. num. 9. lib. 3.*

**14** Secundo † multo minus in fructibus, cum illi adita hēreditate sint hēredis, licet ex hēreditate manantes *Cramer. conf. 792. num. 13. lib. 5. Rim. Inn. 520. nu. 69. lib. 5.* Vndè Creditoribus instantibus potuerūt, prohibitione non attenta, aliena

**15** ri, & † acquisitor effici Dominus irrevocabiliter

cabiliter *1 as. in l. filius fam. S. diui in 2. lect. num. 88. ff. de leg. 1. & bene ibi Craueus. num. 209.*

Tertio immo cum præsentio Creditorum respectu hæredis dicatur necessaria potuerunt illi non obstante prohibitione testatoris non modo fructus, sed & bona capere *l. peto 71. § prædium ff. de leg. 2.* quem locum de creditoribus hæredis intellexit *Soz. l. un. in dicto §. diui num. 32. vers. allegat etiam*, & tamen ibi erat prohibitio vt *Sozzi. aduertit*, ergo testatrix non potest prohibere creditores impedire, quia sicut Testator non potest impedire, quin dominium fructuum adita hæred. transeat in aduentum, sic neq; potest impedire illorum alienationem, & locationem *Bars. in dicto §. diui num. 8. circa med. Opizon. num. 48. Cros. num. 30. & 67. Craueus. 208. & 215. Rui. 42. Rom. conf. 209. nu. 8. Idem Rui. conf. 93. lib. 1.*

Quarto augetur, quoniam cum Testatrix non valisset impedire incarcerationem filij pro suis debitis nisi satisfaciendo, sic neq; potuit illius redemptionem mediante fructuum distractione impedire, quæ non minus dicitur privilegiata, quam alimenta à quibus illa se non valuit per suam prohibitionem exoluere, & in qua venditione fructuum consistebat vitæ filij, & libertatis salutis aut saltem filius potuit fructus vendere, vt aleretur, super quibus se per dicitur potior causa creditorum, quicquid sit pro debitis per lasciuiam eius adita hæreditate contractis ex communi *Menoch. lib. 4. præsump. 191. num. 4. Petra de fideic. quest. 8. num. 480. Molin. lib. 4. de primog. part. 2. c. 6. num. 5. Surd. de alim. vis. 7. quest. 37. num. 19.*

19 Quinto quia prohibicionem hanc testatrix iniunxit favore tantum hæredis sollicita de sua salute dum dixit *Minusq; impedire dictum Alamanum eius heredem, vs illis vti possis, & frui, & de illis liberè velle suum disponere, iuxta sex. in l. cum*

*pater 79. S. mandoff. de legat. 2.*

Igitur quemadmodum non ligauit heredem, qui tamen honoratus est iuxta communiem, de qua in d. S. diui, ita immo minus ligauit Creditores.

Nam testator non potest facere quin hæredi liceat favori suo renunciare, siue id voluntate spontanea, siue coacta à Creditoribus deteriora contra ipsum prætentibus faciat *l. vitio centum in princip. ff. de cond. & demonstr. 10 ann. Hannibal. in l. nemo potest num. 208. ff. de leg. 1.* Et quicquid testator fauore solius hæredis ad diminuendum ius creditorum pronunciauit habetur pro nudo præcepto, vnde testari in eam causam non licuit ad Creditorum præiudicium *Craueus. in d. S. diui num. 211.*

Non nocuit igitur dictæ Ecclesiæ opposita repudiatio, quoniam non aditæ hæreditatis casus est expressus, sed ita fit cum non esse expressum, vt prætendit filia.

20 Veruntamen cum finis à testatrice optatus fuerit, vt Ecclesia consequeretur hæreditatem si ea frui non valeret filius ob impedimenta creditorum, idem erit dicendum etsi nollet, & quia idem finis sequitur ex utroq; *ad sex. in l. si quis heredem in fine C. de inst. & subst. l. Gallus S. quid sit tantum ff. de lib. & posthum.*

21 Nam casu vno ex impotentia, vel repudiatione, in qua cognoscitur voluntas expresso, & alter dicitur exprimi vt latif similem differuit *Gomez. tom. 1. c. 3. de subst. vulg. 100 num. 10. & voluerunt Bars. in l. 1. num. 14. ff. de vulg. & in l. Pater Severi nam num. 2. ff. de cond. & dem. Odd. de copendios. qui communem dixit in prælud. part. 2. quest. 3. Ripa de communi in dicto l. 1. num. 89. cum alijs consulto prætermisissis.*

22 Est enim quoad mentem testatricis æqualis ratio respectu substituti, siue non possit habere filius propter molestias Creditorum in potentia, vel in actu, siue quia



quia filius nō habeat, eo quod nolit, idē sit extēsiō ad casum repudiationis. *Surd. post multos conf. 347. num. 15.*

23 Nec ꝑ potest dici casus omissus, quod ex verisimili mente disponentis potest colligi ob identitatem rationis, & ex vi & efficacia expressorum tendentium ad utilitatem instituti principaliter, & secundario Ecclesie, si prior utilitas in filio cesset *Bar. & Bald. in l. si is a scriptum ff. de lib. & post. l. a. in d. §. & qui si tantum a. in l. 2. Cravers. conf. 8. num. 14. Roland. 27. num. 34 in 4. vers. a. 23. num. 26. in Civil.*

24 Quare ꝑ non est dubitandum, quod si testatrix cogitasset de repudiatione, & renunciatione alimentorum in filio instituto, quam nunquam valuit imaginari, sicut nec quivis alius benē sensatus, eum nihil superesset filio ad viuendum, & cuius se valdē sollicitam ostendit, eandem Ecclesiam vocasset, sicut vocavit, cum de solis alimētis filio voluit providere, idē itā respondendum est, quemadmodum testatrix fecisset. *l. titius §. Lucius ff. de lib. & post. Bar. in l. iam hoc iure num. 1. ff. de vulg. cumulatē in hac specie, Gomez. dicto. sit. 1. c. 3. de subst. vulg. nu. 10. vers. confirmatur quia, vbi voluit in casu repudiationis admitti substitutum *Rot. decis. 10. num. 3. & 130. num. 6. part. 1. som. 1. in recentioribus.**

25 Et ꝑ vbi testator disposuit de certo casu, & conditione, veluti si institutus præcederet testatori, substituit alium, institutus autem vixit post testatorem, non tamen adiuit, aperit Gomez. admitti substitutum ordine moriendi cōtempo, sub vers. ex quibus inferitur ibique communem dixit.

26 Simile ꝑ est quod dixit *sub vers. tertio infero*, vbi testator instituto hæredē, dedit substitutum sub certa conditione, si tunc non vivat hæres, neq; sit in rerum natura, si tamen supervixerit hæres testa-

tori, qui repudiauerit, vel ex aliqua causa, aut incapacitate non sit hæres, admittitur substitutum.

27 Suppletur ꝑ enim defectus testatrix in disponendo ex præsumpta voluntate indice vniuersę illius dispositionis *Rot. di. Et decis. 130. num. 6. part. 1. som. 1.*

28 Cum ꝑ testatori nūquam imputet lex quod expressius non dixerit, sed mentē examinat *l. vnum §. ult. ff. de leg. 2. l. labo ff. suppellect. lega. Laderch. conf. 9. num. 6.*

29 Quod ꝑ & verissimum est in omni dispositione testatoris, etiam in quemcūq; extraneum, multō verius in Ecclesiam, in qua valdē operatur testatoris etiā imperfecta voluntas *Surd. decis. 292. nu. 5.*

Et tanto libentius hæc pro Ecclesia dicenda sunt, quanto non mediocriter sua det nos actus repudiationis filij, qui non est sine suspitione pravi consilij ad frustrandam Ecclesiam adiuventi, quo casu repudians habetur pro adeunte *Pappon. conf. 30. num. 18.*

31 Et prima ꝑ causa suspitionis oritur ex coniunctione repudiantis cum adeunte ab intestato *ex traditis in l. post contrarium ff. de donatio.*

32 Secunda ex modo, quem seruauit repudiator post repudiationem quia scilicet multa gessit circa bona repudiata tãquã procurator sororis adeuntis pro ea, abijciens a se utilitatem, quam in alium collocare voluit.

Tertia ex conditione repudiantis, qui reperiebatur in maxima egestate, adeout ei necesse fuerit pro debitis in carceribus mori.

Quarta quia, ne fieret hæres Ecclesia repudiauit etiam alimenta sibi legata, quando Ecclesia successisset, in quibus viuendi commodē erat facultas. *l. omne §. Lucius ff. qua in fraud. cred. Alex. conf. 55. num. 5. lib. 1. Bar. in d. l. post contrarium ff. de donat. Pic. 30. Alciat. num. 40. Caphal. conf. 325. nu. 48. lib. 3. Nass. 549. num. 6.*



num. 5. cum alijs per Valenz. conf. 19. num. 24. & seqq. & num. 28. & seqq. de quibus congruentius, & latius differetur alias.

Concludendum est igitur adhibito cum forere confilio repudiationem esse factam l. 1. §. dolo ansem malo, & §. fin. ff. si quis omiff. caus. testam.

33 Cum enim scriptus heres repudiat,

ut vadat successio ad alium ab intestato succedentem; etsi non intrat edictum si quis omiffa causa testamenti ad poenam directam intrat tamen utile & extensum ad irritandam aditione ab intestato eius, qui ex testamento non succedit *Bar. in l. licet in fine vers. ult. nota ff. si quis omiff. caus. testam.*

Ita iuris arbitror saluo saniori iudicio, Ego Mutius Marchionius I. V. D.

*[Faint, mostly illegible text in the left column, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mostly illegible text in the right column, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*